

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7315

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Valmont, Notre-Dame (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1181-1183]

**Lieu d'émission :** Apud Selvi castrum

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Valmont.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCXXXVI, t. 2, p. 246-248.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 246. Souscriptions de Geoffroi Fils du roi, qui a renoncé à l'épiscopat de Lincoln en 1181, et de Foulques Painel, mort en 1182 ou 1183.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglie, et dux Normannie et Aquitanie, et comes Andegavie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbacie Sancte Marie de Gallomonte, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes ecclesiarum et terrarum, et hominum, et elemosynarum, que eis rationabiliter facte sunt, tam in rebus ecclesiasticis quam in possessionibus mundanis, scilicet : Ex dono [Nicolai] de Stotevilla, etc., ut supra, deinde addit: Ex dono Juliane, uxoris predicti Nicolai, in Anglia, apud Norwicum, centum solidos terre, de primo maritaggio suo ; et ex dono Roberti de Stotavilla, filii ejusdem Nicolai, ecclesiam de Gomervilla, et ecclesiam de Magnavilla, et ecclesiam de Wimonvilla, cum altari Sancti Stephani ; et quoddam molendinum apud Beverdam, de honore ramorum (?), et quicquid ad molendinum pertinet in molta et omni re ; et aquarias suas de Sotevilla et decem et octo acras terre in eadem villa, quas mercatus fuit de Roberto Genero ; et supra Gallomonte, quinquaginta acras terre, de terra Tronquay. Et ex dono Nicolai de Stotevilla, filii predicti Nicolai, quinquaginta solidatas terre in Arvilla. Et ex dono Willelmi de Stotavilla filii predicti Nicolai senioris, quandam marcam terre in Estrafled. Et ex dono Richardi de Stotavilla, filii predicti Nicolai senioris, quadraginta solidos annuatim, in molendino suo de Herocourt, quod vocatur Turmolin. Ex dono Petri de Hotot et Juliane uxoris sue, molendinum suum de Caneio integre ; et ex concessione Richardi de Alfay et Johannis, filii ejus, totum molendinum cum pertinentiis quod Nicolaus de Stotavilla et Juliana, uxor ejus, predicte abbacie dederunt apud Gausevillam, et unum modium bladi, quod Willelmus Burdet habebat in eodem molendino quod abbas et

conventus ejusdem abbacie tenuerunt ab ipso Guillelmo, concedente Ainfrido filio, herede suo. Et ex dono ejusdem Richardi de Alfay, triginta quinque acras terre apud Stigal., pro reliquo quod mater ejus dederat predicte abbacie. Et ex dono Reginaldi de Gerponvilla, unum modium bladi in molendino suo de Hamel, et unam somam frumenti apud Clivillam, secundum quod in carta sua continetur annuatim recipiendam. Et ex dono Roberti Affargart et Gaufridi, filii ejus, unum modium bladi annuatim in molendino de Noet, et decem acras terre ad Logias ; et apud Hacquavillam, masuram Gosce carpentarii integre. Et ex dono Mathei de Gerarvilla et Willelmi filii sui, dimidiam pesiam salis annuatim sumendam de proprio granario ipsius. Et ex dono Walteri de Castrillion, quatuor acras terre, et dimidiam ad calceatum Goufrediville, et decem septem carteria avene, et quatuor capones in duobus hospitibus terre sue de foresta, et decimam totius terre et redditus quam acquirat. Et ex dono Willelmi de Canovilla, dimidium modium bladi in molendino suo, in riparia sua de Witeflend annuatim habendi. Et ex dono Walteri de Arfay et Patricie, uxoris sue, et Willelmi filii sui, ecclesiam de Devilla. Et ex dono Richardi Tallebot et Amicie, uxoris ejus, et Hugonis et Willelmi filiorum suorum, unum modium avene apud Belvayam, in mansura Hugonis, filii Jefrey Larduin, quam tenet in Canuta sylva. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et monachi ejusdem loci omnia predicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et integre et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in stagnis et vivariis, in mariscis et piscariis, in grangiis et virgultis, infra burgum et extra, et in omnibus aliis locis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, sicut eis rationabiliter data sunt, et sicut carte donatorum, quas habent, testantur.

Testibus : Bartholomeo Lexoviensi episcopo, Gaufrido filio meo, Folqueio Painel, Reginaldo de Curthenaio, Radulpho Filio Stephani, Willelmo de Bendengis, Michaele Belot.

Apud Selvi castrum.